



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Die XV. Novembris. In Festo S. Gertrudis Virginis &  
Abbatissae**

**[S.l.], [ca. 1770]**

Lectio VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62880)



*Lectio VI.*

**U**t meritum acceptissimæ sibi Sponsæ Christus ostenderet, in corde Gertrudis jucundam sibi esse mansionem testatus est. Deiparam Virginem veluti Matrem, ac Curatricem à Jesu acceptam pietate præcipuâ prosequabatur; ab eaque multa accepit beneficia. Erga divinissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Passionem Domini tanto amore cum grati animi sensu afficiebatur, ut interdum uberius lacrymis perfunderetur. Justorum animas piacularibus flammis addictas quotidianis subsidiis, & precibus juvabat. Multa ad confovendam pietatem scripsit. Divinarum etiam revelationum, ac prophetiæ dono claruit. Denique flagrantissimo Dei amore potiùs, quàm morbo languescens, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo vitâ decessit. Miraculis vivens, & post mortem à Deo illustrata est.

*⁊. Afferentur Regi.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Honil. S. Gregorii Papæ in Evang. Simile erit regnum cælorum decem virginibus. de communi Virginum. Missa: Dilexisti.*

